

7893.

1369 juni 12.

Montefiascone.

Påven Urban V ger välborna kvinnorna Birgitta, Ulf Gudmarssons änka i Linköpings stift, och hennes dotter Katarina löfte om full syndaförlåtelse en gång under livstiden och sedan i dödsstunden genom en av dem själva utvald biktfar.

Avskrifter: [A] i Liber privilegiorum monasterii Vadstenensis, hs A 19 (förr A 23), fol. 23r–v, Sv. Riksarkivet; [B] – med sedvanliga transumeringar – i Reg. Auin. 169, fol. 563r, ep. 44, (modellbrevet fol. 561v), Vatikanarkivet.

Förtecknat i hs C 46, fol. 3r och 13v, Uppsala univ.bibl., och därefter i hs A 19, fol. 2v och 17v (se ovan och nedan). Härom se J. Liedgren, Arkivförteckning och gallring under svensk medeltid (Arkivvetenskapliga studier 5, 1981), s. 226 f. Enligt dessa förteckningar låg bullan i det första av de tre skrin vari Vadstena klostrets privilegier och viktigaste urkunder förvarades.

Tryckt förteckning: Celsus Bullarium (1782), s. 131, nr 14.

Faksimil: Corpus codicum Suecicorum medii aevi XI (1950), s. 49 f.; för fört. se s. 6 och 38.

Formulär: M. Tangl, Päpstliche Kanzleiordnungen 1200–1500 (1894, nytryck 1959), s. 307, nr CVI.

Se allmänna anmärkningar ovan.

Rubrik i A: Bulla Urbani pape quinti concessa beate Birgitte et filie eius Katerine super plenaria remissione omnium peccatorum suorum, scilicet semel in vita et iterum semel in mortis articulo.

Urbanus episcopus seruus seruorum Dei dilectis in *Christo* filiabus nobilibus mulieribus Birgitte^a relictæ quondam Vlphonis Gudmarsson vidue Lincopensis diocesis^b et Katerine^c eius filie / salutem et apostolicam benedictionem · Prouenit ex uestre deuocionis affectu / quo nos et Romanam ecclesiam reueremini, ut petitiones uestras^d, illas presertim, que animarum uestrarum salutem respiciunt / ad exaudicionis gratiam admittamus. Hinc est, quod nos uestris supplicacionibus inclinati / ut confessor¹, quem quelibet uestrum duxerit eligendum / omnium peccatorum uestrorum, de quibus corde contrita et / ore confessa fuerit / ²semel in vita quandocumque uobis placuerit / et iterum² semel in mortis articulo plenam remissionem / uobis in sinceritate fidei / unitate sancte Romanæ ecclesie ac obediencia et deuocione nostra^e / uel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonicè intrancium persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat / deuocioni uestre tenore presencium indulgemus · sic tamen, quod idem confessor / de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda / eam uobis^f per uos si superuixeritis / uel per heredes uestros, si tunc forte transieritis / faciendam iniungat / quam uos^g vel illi facere teneamini, ut prefertur / Et ne, quod absit / propter huiusmodi gratiam reddamini procliuiiores ad illicita imposterum³ committenda / uolumus^h, quod si ex fiducia remissionisⁱ huiusmodi aliqua forte committeretis / ^jquo ad^j illa / predicta remissio uobis nullatenus suffragetur / Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere / vel ei ausu temerario contraire · ^kSi quis^k autem hoc attemptare presumpserit / indignacionem omnipotentis Deij et beatorum Petri et / Pauli apostolorum eius se nouerit incursum · Datum apud Montemflasconem¹ ij · idus Junij pontificatus nostri anno septimo ·

^a Brigitte B. ^b Upprepat och överstruket B. ^c Katherine B. ^d Så B, nostras A. ^e Härefter bokstaven f överstruken B. ^f Så B, nobis A; härefter per uobis överstruket B. ^g Rättat från nos A. ^h Så B, nolimus A. ⁱ missionis (efter bortskrapning av prefixet re-) B. ^j Så A, B; d. v. s. quoad. ^k Hopskrivet A. ¹ Montemflasconem B.

¹ Jfr confessor vester i modellbrevet och confessor tuus i formuläret. ²⁻² Tillägg till formuläret. ³ Jfr postmodum i formuläret.